

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.**Wersja sandomierska**

Rękopis Rosyjskiej Biblioteki Narodowej w Sankt Petersburgu, sygn. Lat. Q II 157, tekst 1, k. 7ra–7rb

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 39 [Gn. 37]

[39] <de dilacione querimonie ad iudicium et cum in dilacione ex vulneribus aliquis moritur ^a>

Si se duo mutuo vulneraverint et ambo coram iudicio comparuerint et querulose proponant, et querimonia usque ad iudicium dilata^{ta}>^b fuerit, qui primo ad iudicium venerit et querulatus fuerit, moriatur ab hiis vulneribus, mortuus ad iudicium portetur, et alter vulneratus eciam comparuerit, et unus mortui cognatus loquatur super vulneratum cum testimonio, quod ipse suum affinem occiderit, et pro eo. Extunc ille petat satisdacionem de iure et ostendat suam innocenciam cum suo testimonio evadendo homicidium. Si hoc, ut iuris est, protestabitur, propius est evadere, quam ille super ipsum poterit protestare, quia ambo [k. 7rb] querimoniam coram iudicio |—ce^c | incepterunt. Sed suum testimonium sic debet procedere, quod initium contencionis illius fuerit, et non suum. Et si suos testes et^d incontinenti habere non potuerit, terminum sex ebdomadas aquirat, tunc facilius potest evadere homicidium metseptimus, quam ille ipsum cum testimonio vincere possit. Sin autem ille ipsum monomachaliter alloquitur, extunc ipsum pro suo collo pugnare oportebit.

^a na górnym marginesie ręką inną niż autora podstawy; ^b dopisane na marginesie ręką inną niż autora podstawy; ^c skreślone przez autora podstawy; ^d na marginesie ze znakiem wstawienia

[hasła: zranienie wzajemne, sąd, skarga, odroczenie, krewny po mieczu, poręczenie, gwar, zabezpieczenie, termin, bliższość do dowodu, niewinność, zabójstwo, uwolnienie od skargi, pojedynek sądowy]